



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm Lectiovm Latinarvm Et Græcarvm

Labbé, Philippe

Parisiis, 1653

V. C. Nicolai Rigaltii in suprema Mediomatricum Curia Senatoris amplissimi manu exaratus Indiculus quorundam Mss. quos ipse possidet, pag. 370. & seq. vide & alterum Schediolum eiusdem manuscriptum, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13263

ablegandum videtur Secretum illud Secretorum Philippi, quod pag. illa 28. tibi lector occurret.

Pag. 29. Initium primi Sermonis Ioannis Papæ XXII. Transibo in locum tabernaculi, &c. Sermonis ultimi qui est de Purificatione hic est finis: Hanc salutem nobis concedat, qui sine fine viuit & regnat. Amen.

Pag. 33. linea 8. pro exceptis lege excerptis.

Antequam ad Tertiam Partem progrediar, placet hic paulisper Subsistere; & adscribere V. C. Nicolai Rigaltij in suprema Merensi Curia Senatoris amplissimi manu exaratum Indiculum librorum quorundam Mss. quos ipse possidet:

i. Epistola Karoli Imperatoris Regis Francorum & Langobardorum ad Odilbertum Archiepiscopum continens quaestiones ad ritum Christianæ religionis pertinentes, quibus ab Episcopo respondetur. Chronicon Reginonis Abbatis libris duobus Domino Adalberoni Episcopo ad annum DCCCXV.

ii. Casarij Arelatensis Homilia. Leontij Episcopi Neapoleos Cyprorum insula de vita & actione sancti Patris Ioannis Episcopi Alexandrini. Bedæ opusculum de locis sanctis.

iii. Excerpta ex Capp. Karoli. Incip. Constitutio memorata de Sacerdotum purgatione, de celebrando Concilio, Exemplar libertatis, Exemplar formatæ, Incipit de utilitate penitentia & quomodo credendum sit, de remissione peccatorum per penitentiam cum præfatione operis subsequenter. Incipiunt capitula: Quod nulli ultima penitentia deneganda, &c. Sequuntur libri tres capitulorum. Deest tertius.

iv. Glossæ veteris & noui Testamenti.

v. Vita S. Martini: Incipit, Seueri ad Desiderium fratrem suum de vita S. Martini à se conscripta.

vi. S. Augustini, vnde malum, libris duobus. Eiusdem liber de Genesi contra Manichæos, de Fide & Symbolo, Altercatio cum Maximino Ariano, Collatio eiusdem & Pascentij Ariani & Laurentij Vicarij.

vii. Liber ritualis, quo continentur varia Orationes, & preces & formulae.

viii. Vetus Calendarium. Liber Sacramentorum de circulo anni expositorum à sancto Gregorio Papa.

ix. Vita & Passiones sanctorum. Narratio Mamertini de canonizatione sua. Vita sancti Germani Antiochensis. Vita S. Galli Abbatis. Vita sancti Germani Episcopi Capuani. Vita sancti Remachi Episcopi. Vita sancti Eligij Episcopi. Vita S. Sulpitij

Episcopi Bituricensis. Vita S. Marinae Monacha. Vita S. Melaniae. Vita S. Pelagiae. Passio S. Eustachij Martyris, Passio S. Blasij Episcopi Sebastensis. Vita S. Simeonis Monachi.

x. Sancti Augustini liber Questionum Veteris & Noui Testamenti.

Ad tertiam partem Epistolicae & Diplomaticae.

Pag. 39. Fragmentum longioris Registri Bullarum Clementis V. quatuordecim tantum continet anno Primo Pontificatus datas: mox verò sequuntur alia plures ab eodem Pontifice, & eadem forma exarata.

Nicolaus Ostiensis Ep. Legatus fuit ad partes Vngariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae, Seruiae, Lodomeriae, Galatiae, &c. aut ad alios quidem, sed de rebus & negotiis ad eandem legationem spectantibus.

Propositiones Lud. Rom. Imp. incipiunt: Nos Ludouicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus proponimus contra Ioannem qui se dicit Papam XXII: quod inimicus sit pacis, &c. Desinit: pro tutela & securitate sacri Imperij & nostra & omnium singulorum supradictorum.

In Registro Lotharij continentur & praesertim quae ad Langobardorum Leges & Statuta pertinent, addito in singula quoque commentario.

Ad quartam Partem Technicam seu Philologicam.

V. C. Isaacius Heraldus, Desiderij Heraldii celeberrimi in Curia suprema Regni caesarum Patroni Filii doctissimus, exhibuit mihi Catalogum librorum aliquot MSS. qui ex Anglia in hanc Urbem iam pridem deportati, venditi sunt superiori anno Nobili cuidam Germano. In iis erant Catulli codex antiquus, Claudiani codex antiquissimus, Ouidii codex optima nota ab Angelo Politiano cum multis aliis collatus, variis lectionibus auctus, & ab eodem Politiano breuioribus scholiis, sed accuratissimis longaque doctissimis, illustratus, Q. Curtij codex non ita tamen antiquus, Terentij Comaediae, Plauti Comaediae tres, Miles gloriosus, Casina & Mostellaria cum Ioannis Passeratii commentariis, Martialis Epigrammatum codex vetustissimus & optimus, in quo habentur variae lectiones plane discrepantes ab omnibus codicibus quibus vrimur, Ausonii codex antiquissimus, Lactantii codex optimus, Salustii codex sed non ita antiquus, alter Q. Curtii codex vetustissimus, Iuuenalis Satyrae cum scholiis codex an-